

300  
nato principis  
ex Carolo III.  
Imperat. sed mox  
renato. 6

**S P E C I M**

In  
4567

F.K.  
120.  
23.

# AVGVSTAM NATVRÆ & ARTIS

## Applausu

in  
Theatro Elisabetano Wratislaviensi  
horis matutinis  
die XIV. Maji

# CORONÆ Nomine insignito

A. O. R. MDCCXVI.  
excipiendam  
indicit

### **Gottlob Frankl**

Scholarum Wratislav. August. Conf. addict.  
Inspector, Gymnasii Elisab. Rector, Physic. & Hist.  
Prof. & Bibliothecarius.

WRATISLAVIÆ,  
IN OFFICINA BAUMANNIANA TYPIS EXPRIMEBAT  
JOHANNES JAN KIUS, Factor.





Um nuper ad Iuventutem bonis artibus dicatam Dramatico labore exercendam *Hispania à Barbaris oppressa* Fata in Scenam produceremus, & Regnum hoc per *Pelaqum* ex *Asturia* montibus prodeuntem libertati restitutum sifteremus, animus nobis erat, ejusdem *Hispania liberationem plenam*, & Mauricæ potentia Gentisq; destructionem, materiam proximæ exercitationis nostræ eligere. Sed dum adhuc mente nostrâ circa saltus *Asturia* hæremus, inter communia Orbis Christiani gaudia natum *ASTURIARVM PRINCIPEM*, felici quidem omine Hispaniæ per hoc nomen à Suppressoribus liberari svetæ, percipimus, & prosperam *AVSTRIÆ & ASTVRIÆ* conjunctionem anagrammate ominoso vel ab ipso Fato Divino approbatam miramur. Sic *Hispania* memores, nec à proposito priori penitus recedere, nec tamen ab universali omnium gaudio mentem se jungere, nostrum esse credidimus; sed anteqvam de oppressæ Gentis antiquâ liberatione plenum agamus, *Liberatorem recentem* divinitus datum cultu submississimo lætissimoq; venerari volumus. Allicit nos, mentemq; mirâ jucunditate stimulat *LEOPOLDI*, jamdudum oppressis salutare, injultis Possessoribus terribile nomen, quo *PARENTES AVGVSTI PIGNVS* hoc innumerabilibus Orbis Christiani votis à *DEO* expetitur infignere non sine nutu Divino voluerunt. Accedit *PRINCIPI IVENTVTIS* applicatus *Aurei Velleris Ordo*, ut adultior factus, Ignem chalybemq; in pectore gerens, cum *Iasone Iberiam* adeundi & *Vellus aureum* à Draconibus custoditum recuperandi stimulum mente capiat. Hæc respondens ardentibus innumerabilibusq; omnium Proborum votis Felicitas publica tantis ubiq; plaufibus excepta est, ut vix unquam latior stimulus fidelium Subditorum animos agitaverit; aded, ut ferrei quasi temporis obliti aurea Secula non mente tantum concipiant, sed & in perpetuum *AVSTRIÆ* decus, *PRINCIPISQ;* recens nati absolutissimam prosperitatem à *DEO* expetant. *Vienna*, Augusta illa à longo tempore *CÆSARVM* sedes, pompâ aded solenni, triumphis aded sumtuosis, arcibus, pegmatibusq; nitidissimis se spectandam dedit, ut Artificum ingenia omne, quod Architectonice splendidum & pretiosum continet, omne, quod Antiquitas eruditum, mirabile, jucundum reliquit, exhaustisse videatur. Nec quievit *AVSTRIACÆ Felicitati* devota reliquarum Provinciarum & Urbium obligatio; & inter illas *Wratislavia* nostra omni nisu in id intenta fuit, ne Pietate & Fide in *AVGVSTAM DOMVM* ab ullis superari possit. Omnibus itaq; gaudentibus quomodo non plauderent illi, ad quos *REDVCIS SECVLI LEOPOLDINI* Felicitas præ cæteris spectat, quiq; nobis dudum in cineres redactis fruituri sunt eo Publicæ Salutis usu, quem nobis non nisi è longinquo prospicere licet? Iuventuti scilicet, Seniorum serâ lusibus suis imitari svetæ, convenientissimum videtur *SOLEM ORIENTEM*, futuri temporis tenebras dispulsurum, progressumq; Seculi illustraturum venerari; nostræ præcipuè, quæ amabili *AVGVSTÆ PVERPERÆ* nomine se ab aliis distingvi gloriatur. Hanc itaq; ad *AVSTRIACI SCEPTRI Majestatem* venerandam, *Felicitatem* agnoscentiam ducturi, *Actu Oratorio - Dramatico* debitum suum quodammodo exhibere iustumus, cujus hic *Lectori Benevolo* rationem reddere æquum duximus.

Cum

Cum post tanta Maximorum Ingeniorum Inventa AVSTRIACÆ GLORIÆ consecrata nihil, nisi spicilegium quoddam exiguum nobis relictum cernere-  
 mus, intra terminos laborum nostrorum subsistere, & ea Iuventuti tradere  
 volumus, quæ captum illius non excedunt; sicq; *Applausum Naturæ & Ar-  
 tis*, maximum quidem quoad intentionem, vilem verò & exiguum pro vi-  
 rium nostrarum modulò, & tanto objecto minimè dignum, exhibendum cen-  
 suimus. Cum scilicet *Naturam* omnia ambitu *Temporis & Locorum* circum-  
 scribere, *Artem* in operibus *Ingenii* aut *Manuum* consistere animadvertere-  
 mus; hinc *tribus* ex nostro coetu *Oratoribus* injunximus, ut proprii laboris  
 Oratiunculis, brevibus certè ad tædia Auditorum vitanda, *primus* quidem  
 MAGNITVDINIS AVSTRIACÆ per VI. *Seculorum seriem*, alter per *Locorum Or-  
 bis Terraquei ambitum* recensionem exhiberent; *tertius* verò *Scientiarum &  
 Artium florem* sub Sapientissimorum AVSTRIÆ PRINCIPVM tutelâ laudibus ex-  
 tolleret. Ne vero maxima quidem illa, & Magnitudine sua Admirationem  
 omnium merentia, elaborationum tamen vilitate tædium cieant, more sce-  
 nico *Schemata quædam* adjungenda duximus, *Applausum* hunc *Naturæ & Ar-  
 tis* suo modo exprimentia. Cum in nupero Dramate nostro *Spem* sub In-  
 fantis specie è longinqvo ostenderemus, jam Prologi loco *Spem Augustam*,  
 adultam fatis & ornatam sistere volumus, à *Constantiâ & Gaudio* suis dona-  
 tam & confirmatam insignibus. *Naturam*, tempora *Zodiaco*, *Locorum* am-  
 bitum *Horizonte* metiri notum est; hinc ad *Temporis Plausum* quodammodo  
 sistendum, *Annum*, à capite ad calcem quatuor partium suarum effectis or-  
 natum producere, & XII. Mensium circulo circumdare volumus; qui qui-  
 dem singuli honores suos, ex AVSTRIACA Felicitate acceptos, ex *Historia-  
 rum* nostri temporis memoriâ repetent; omnes autem *Aprili*, recenti Felici-  
 tate prosperrimo, palmam tribuent, coronasq; suas dedicabunt. Inde AV-  
 STRIACAM *Magnitudinem* per omnes *Horizontis* plagas diffusam ostensuri,  
*Ventorum* suo ordine dispositorum seriem sistere, huicq; repræsentationi,  
*Claudianum* imitati, *Epigraphen* addere volumus:

AVSTRIA CeLsa tibi teLLVs nVnC pLaVDet & AXIS;

HIC ConIVratI VenIVnt aD IVbILa VentI,

*Austro*, nomine suo *Potentissimam*, quam veneramus, *Familiam* insignenti  
 primas dedimus, rubicundâ facie à meridie advolanti, & fulmina nimbosq;  
 ferenti: inde *Zephyrum*, Hespero suo notatum, & cœruleo colore signari  
 solitum, tam *Naturæ* florentis, quam *Occidentis* gazas effundentem stitimus;  
 hinc *Boream* nivofum rigorem suum ipso cultu alisq; exprimentem; &  
 tandem *Apelioten*, quem *Eurum* abusus vocat, Orientem versus, *Luciferum*  
 in fronte, *Solem* Orientem in manu gerentem, auroramq; colore sistentem,  
 addidimus; qui singuli sua AVSTRIÆ Honori applicare contendent. Post  
 eorundem júbila cantu expressa, etiam reliquorum suâ serie adstantium *Ven-  
 torum* applausum addemus, & quidem ad confusionem vitandam eo ordi-  
 ne, ut post IV. *Angulares*, ab utroq; *Cardinalium* vicinorum colore partici-  
 pantes, etiam XVI. *Collaterales* debitum suum testentur, demumq; VIII. *In-  
 termedii* symbolam suam addant. Tandem & *Artis applausum* exhi-  
 bituri, non pro rei amplitudine, sed eâ brevitate, quam Auditorum tædia  
 evitanda imperant, ex *Scientiis Historiam*, *Oratoriam* & *Pœsîn*, ex *Artibus*  
 reliquis *Architectonicen*, *Picturam* & *Plasticen* producemus, certatim Artium  
 suarum

FX Th 45 67 x 333 1123  
suarum effecta AVSTRIACIS Honoribus, & ad recens Gaudium solennius red-  
dendum offerent; Typographia verò omnia aliorum inventa se aternitati  
consecraturam promitter.

Hæc leviâ, ad Subjecti potius, Iuventutis scilicet, capacitatem, quam  
ad Objecti Maximi perillustre Decus directâ exercitia, cum die crastino,  
DEO volente, horis matutinis convetis in Scena nostrâ Elisabethanâ, tantâ  
Materiâ non satis quidem habili, producturi sumus; hinc eos ex *Literarum  
Patronis Fautoribusq;*, quibus Iuveniles illi conatus non contemnendi penitus  
videntur, eâ, quâ par est, submissione rogamus, ut exiguum hoc Lætitia  
publica supplementum, præsentia suâ honorare, & quod nobilitatis & in-  
genii labori nostro deest, Spectatorum Splendore & Auctoritate supplere  
velint. Nihil quidem in tanti favoris compensationem, nisi obsequia nostrâ  
gratumq; animum promittere possumus; nec jucundi quicquam Audito-  
rum nostrorum oculis & auribus spondere valemus; nisi id forte non inju-  
cundum sit, conatum nostrum, licet ornatu debito carentem, pietatemq; in  
DOMVM AVSTRIACAM ipsorum Affectu non esse minorem. P.P. Die  
XIII. Maji. A. O. R. MDCCXVI.

### Syllabus Dicturorum.

SPES AVGVSTA. Ernst Sign. Kalt- schmied. Wrat.	CORVS. Leonh. Ferd. Ebert. Wrat.
Constantiâ. Ioh. Ernst Niemer. Wrat.	Hypocorus. Ioh. Gottlieb Eschvinau. Wrat. <i>Barrabibycus.</i> Iohannes Gottlieb Thiel.
Gaudium. Georg. Wilh. Selence. Breg.	Stroppenf.
ORATOR I. Ioh. Carol. Kolbe. Wrat.	Hypocircius. Ioh. Adam Qvafius. Wrat.
ANNVS. Christ. Gottfr. Fretschmer. Wrat.	CIRCIVS. Ioh. Christian Caspari. Wrat.
Januarius. Ioh. Erom Glaser. Sorav Lut.	Mefocircius. Ioh. Daniel von Neuf.
Februarius. Sam. Hildebrand. Wrat.	BOREAS. Ioh. Gottfr. Henrici. Lignic.
Martius. Ioh. Christian Nempter. Spröttav.	Hypaqvilo. Ernst Gottlob Rusche. Wrat.
Aprilis. Ioh. Sam. Stephani. Wrat.	AQVILQ. Ioh. Mart. von Walthr.
Majus. Ioh. Ferd. Trost. Wrat.	Mefaqvilo. Ioh. Gottlieb Ritschmann. Wrat.
Junius. Ioh. Fried. Wilh. Dropkovius. Weilting. Svevus.	<i>Barrhapelistes.</i> Iohannes Gottfr. Schiene. Wrat.
Julius. Dan. Scholz. Wrat.	Hypocæcias. Ioh. Gottlieb Isinger. Wrat.
Augustus. Ioh. Heine. Braun. Wrat.	CÆCIAS. Carl Benj Pfeiffer. Wrat.
September. Dav. Gutsche. Wrat.	Mefocæcias. Gottlieb Dan. Leopold. Wrat.
October. Ioh. Heine. Matthias. Fraust. Pol.	APELIOTES. Ioh. Georg. Hefser. Wrat.
November. Carl Jul. Mägusch. Bernstad.	Hypeurus. Georg. Gottlieb Runt. Wrat.
December. Balch. Klumann. Winzig.	EVVVS. Heine. Gottl. Machnizky. Wrat.
ORATOR II. Ioh. Sign. John. Iorav.	Mefeurus. Alb. Mez. Wrat.
AVSTER. Ioh. Balch. Reymann. Wrat.	<i>Nophiqies.</i> Gottfr. Lincke. Nimic.
Mefolibonotus. Ioh. Ad. Woywode. Wrat.	Hypophœnix. Ferd. Wilh. Huhn. Wrat.
LIBONOTVS. Georg. Gottlieb Qvafius. Gryphor.	PHOENIX. Sam. Wohlgejogen. Wrat.
Hypolibonotus. Ernst Gottlieb Kamper von Stegersburg.	Mefophœnix. Mart. Gottlob Scholz. Wrat.
<i>Nobilibycus.</i> Gottfr. Werner. Wrat.	ORATOR III. Ioach. Heine. von Cempier.
Mefatricus. Paul. Ferd. Schwertfeger. Wrat.	HISTORIA. Ernst Gottfr. Dpfs. Wrat.
AFRICVS. Ioh. Behr. Wrat.	Eloqvencia. Christ. Gottfr. Mehler. Wrat.
Hypatricus. Benj. Ehrenfr. Neugebauer. Wr.	Pœsis. Sam. Weinisch. Wrat.
ZEPHYRVS. Ioh. Dan. Haber. Lignic.	Architectonica. Ioh. Ernst Lammer. Wrat.
Mefocorus. Ioh. Sam. Hoppe. Coblin. Polon.	Pictura. Christ. Philipp. Keiner. Wolav.
	Plastice. Carl Philipp Frentzel. Wrat.
	Typographia. Ioh. Carol. Acoluthus. Wrat.

S. D. G.

mc.

330.  
nato principis  
ex Carolo IV.  
15 imperat. sed mox  
deuoto.

S P E C I M E N

In  
4567

AVGVSTAM  
NATVRÆ & ARTIS



Applausu

in  
fabetano Wratislaviensi  
horis matutinis  
die XIV. Maji

ORONÆ  
ine insignito

O. R. M DCCXVI.  
excipiendam  
indicit  
ttlob Kranß/  
Wratislav. Augult. Conf. addict.  
mnafii Elifab. Rector, Physic. & Hift.  
prof. & Bibliothecarius.

ATISLAVIAE,  
UMANNIANA TYPIS EXPRIMEBAT  
ANNES JANNIUS, Factor.

